

LECTORI BENEVOLO

Gratiam, misericordiam & pacem a DEO Patre
& Domino nostro Iesu Christo, precatur

JOH. GVILIELMVS BAIERVS, D.

QUod anno superiore LXXXVI. primum in
lucem emisi, *Compendium Theologiae positivi-*
va; inde anno XCI. secundis curis auctius
edidi, jam tertia vice sisto, non solum a
mendis typographicis sollicitius purgatum, verum
etiam Indice Rerum Verborumque locupletatum.
In quo quidem posteriore negotio operam mihi vi-
cariam, sed merito laudandam praestitit Vir Per-
quam Reverendus & Clarissimus DN. HENRI-
CVS CHRISTOPHORVS Ludwig, Eccle-
siae Christianae Rudolphopolitanae in illustri illa
Comitum Schwarzburgicorum sede Diaconus be-
nemerentissimus, Amicus noster multis nominibus
colendus: qui, cum olim ad primam Editionem in-
ter Commilitones alios me excitasset, ipsoque Com-
pendio haecenus familiariter usus esset, tanto prom-
tior etiam fuit, uti praeter aliis aptior, ad parandum
Indicem accuratum, quem & sine fastidio confecit,
& usibus aliorum offert. Superavit autem profe-
cto spes nostras divina bonitas, quae libello huic, nec
amplo, neque ad fastum aut delicias aut detrimen-
tum aliorum composito; sed ad sinceritatem do-
ctrinae fidei, Academicæque pædiæ cultum servan-
dum tuendumque destinato, fautores bene multos
largita est; quos egomet mecum habitans, & par-
tim